Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in oculo : et appetitum debilitat : licet qdā
dicant q sua ponticitate stomacū et in-
testina conf(ort)et. Desiderium et materiā
coytus sua qualitate diminuit. Et masti-
cata dentium congelacionē / aut stuporē
remouet / qui ex acerinn comestione in-
ducitur :

Hoc remedium qn qs het dentes ligatos.

PEtrosellinum / una ex specibus apij e.
calidum est et siccum in 2o gradu.
licet quidam dicant in 3o: prouocat uri-
nam. renes et uessicam mundificando /
eorumq dolorem remouendo. uentosita-
tes et uentris inflaciones remouet. et
tocius corporis oppilationes aperit :

POma que mala dicuntur / di-
uersarum sunt specierum / dulcia / mu-
za et acetosa. Omnia frigide sunt et
humide complexionis : sed que dulcia sunt
magis tempie propinqua existunt. et ace-
tosa / aut pontica siccitati. Assidua pomorum
comestio dolorem neruorum euenire facit :
et ad diuturnā febrē corpus preperat
et putrescabiles humores generat / et pre